

LXXVI.

P. P. VERGERIO A REMIGIO SORANZO ^(a) (1).

[B, c. 17 B; *P, c. 6; Ra, c. 58].

Padova,
16 agosto 1396.

Scrivo di cosa ottima al Soranzo, persona ottima, perchè possiede mente pura;

non la mente pura dell'ingenuità, ma del perfetto virtuoso, che vuole il bene di tutti; quella mente schietta ed aperta di chi nulla fa o pensa, come Cicerone osserva, che non osi anche confessare.

Se perfino i pessimi si guardano dalle male azioni al cospetto degli uomini, quanto più gli ottimi al cospetto di Dio?

Così Pafnuzio convertì la femmina che prostituiva il proprio corpo,

CUM cogitarem qua de re potissimum tibi scriberem, nichil michi dignius visum est quam ut ad optimum virum de re optima scriberem. optimum autem quod est in homine est mens pura, Deo devota, virtute ac recta conscientia pedita. quam qui habet, ille optimus est vir, ille et vivens beatus est, et moriens quietum semper atque tranquillum animum habet. non extollitur prosperis, non deprimitur adversis; omnem in Deo spem ponit, qui eum contra adversa ^(b) protegit. puram autem mentem intelligo, non eam, que ex defectu cognitionis facilis est falli, fallere nesciens, sed eam, que ex abundantia virtutis omnibus bene consuli cupit. in qua nichil est duplex, nichil simulatum, nichil tectum; sed, quicquid est, omnia palam est. qui hanc mentem habet, hic nedum ^(c) facere, ut Cicero ait ⁽²⁾, sed nec cogitare quicquam audebit quod non audeat predicare. si enim improbi quoque, quibus nullus est ^(d) honestatis respectus, verentur ^(e) perperam agere in conspectu non modo bonorum sed etiam sibi similium, quanto magis optimi homines in conspectu Dei, cui omnia aperta sunt, cogitationes et corda nostra, verentur ^(f) male cogitare vel agere? hac ratione sanctus ille vir Paphnuzius ^(g) impudicam mulierem convertit ⁽³⁾, que se passim omnibus ad illicitum questum exhibebat. cum enim ut sibi copiam sui faceret, oblato munere, postularet, utque ^(h) in locum coirent unde

(a) B P. P. V. Remigio Superantio s. d. P Elusdem ad Cl. V. Remigium Superantium Venetum Ra senza titolo. (b) P contra omnia adversa (c) B P nondum Ra nec (d) Ra quibus melius est (e) B verrentur P Ra vererentur (f) B verrentur P vererentur Ra venerentur (g) B nel marg. ha Pontius che è om. nel testo P Panotius Ra Panocius (?) (h) B Ra ut quem P utque

(1) Intorno a Remigio Soranzo cf. la nota all'epist. XX.

(2) Cic. De offic. III, XIX, 77.

(3) Cf. D. CAVALCA, Le Vite de' santi Padri volgarizzate, parte IV, cap. LXII,

Di Taisis meritrice, testo che pare affine alla versione dell'episodio data dal V., il quale, tuttavia, poteva averne conoscenza attraverso una traduzione latina del Paradisus di PALLADIO.